



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

29. Ne oblationes alibi fiant quàm in Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

potibus qui interdicti sunt, cum thoro, gladiis, & equitatu se abstineant. In tertia, quinta feria, & sabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, & pomis, parvis pisciculis, cum mediocri cervisia, vicissim utantur, & temperatè. Sin autem à veridicis comprobatur testibus quòd sine odij meditatione, se suaque liberando, diaboli membra interficiunt, secundum indulgentiam quadraginta diebus ab Ecclesia, carne, vino, & conjugio, eleemosynam largiter faciendo, abstineant. Et si Presbyter est, non deponatur, cunctis tamen vitæ suæ diebus pœnitentiam * agat.

* *Cod. M. S.*
agendo.

Ne oblationes alibi fiant quàm in
Ecclesia.

Conc. Gangr.
c. 7.

Lib. 7. Capitular. c. 5.
Burchard. lib.
3. c. 144. &
lib. 11. c. 21.

XXIX. Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam accipere vel dare voluerit præter conscientiam Episcopi vel ei cui hujuscemodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit.

Contra eos qui dicunt sanctum Gregorium Papam Romanum ad interrogationem Augustini Cantuariorum Episcopi consanguinitatis quarta contracta matrimonia solviminimè debere. *Excerptum ex vita sancti Gregorij libro 11. cap. xxxvii.*

Exceptiones
Egberti c. 130.
Burchard. lib.
7. c. 19. 20.

XXX. Gregorius Papa Romanus requisitus ab Augustino Anglorum gentis Episcopo usque ad quotam generationem fideles debeant copulari, dispensatorie sic rescripsit. Quædam terrena lex in Romana republica permittit ut sive frater & soror, seu duorum